Niwinski — **Obligatio**

Coram officio et actis praesentibus castrens capitaneal Branscen personaliter constituta
Margaretha Mergrinska consors Nobilis Leonardi Niwinski cum eiusdem mariti sui
assistentia sana mente et corpore existens palam publice verbisque per expressis
recognovit Quia Nobili Stanislao Niwinski filio suo et eius posteris medieta-
tem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hered Niwino
et alibi ubivis sitorum in areis hortis agris pratis campis silvis borris rubetis
aedificiis omnibus parvis et magnis et cum omnibus utilitatibus fructibus pro-
ventibus undiquaque commodis nullis exceptis in summa centum florenos polon-
icos usque ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolu-
tionem obligavit inscripsit et intabulavit sui eam eamque iachoras realem
cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem Regni generalem et nobiles duos quos et
quos sibi ad id facilius conducere poterit dat et admittit submittitque se idem
recognoscens suis cum successoribus eundem tenutarium suum et eius posteros toto tem-
pore tenutae eius ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumvis perso-
narum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis existentes tueri
defendere evincere eliberare intercedere pacare solvere per se et per quas-
vis submissas personas non iniuriare imo ea bona semper munda et libera
facere sub vadio simili aliorum centum florenos polonicos in defectu non evictio-
nis seu per perdita possessionis ad solvendum succumbendo etc. Coram officio prae-
senti castrensi capitaneali Branscensi in primo citationis termino praesenti peremptorio
responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus
infirmitatibus motionibus apellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in universum iuris
remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concedi solitis et
suos favores ac abscribendo et abrenunciando singulis quidem bonis supra
nominatis eadem praefata recognoscens advitalitatem sibi et usum fructum
eorundem bonorum reservat personali sua recognitione mediante.

Mrocek — **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus castrens capitaneal Branscen comparens personaliter Nobilis
Joannes olim Laurentii Markowski sanus mente et corpore existens palam
recognovit Quia sibi Nobilis Martinus olim Andreae Mrocek de Grasowo
ex obligatione bonorum Grasowo Wielkie sibi per eundem in summa decem
florenos polonicos modo obligatorio inscripto ob sufficientem satisfactionem quietat in
perpetuum cassat et de bonis condescendit perpetuis temporibus.

G. Zabinski — **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus castrens capitaneal Branscen personaliter comparens Nobilis
Erasmus olim Laurentii Hryniewski de Hryniewice haeres sanus mente et cor-
pore existens palam publice et acilibere recognovit Quia Generoso Simoni Zabinski
Advocato Zubowiens et eius legitimis successoribus tenetur estque debitor certi veri et
liquidi debiti mutuataeque pecuniae summam centum florenos polonicos quemlibet florenum
per triginta grossos polonicos numerando Quamquidem summam submittit idem
ipse recognoscens se se de bonis suis generaliter omnibus successores suos ad id de eisdem
bonis onerando inscribit eidem Generoso creditori suo et in eventum mortis illius legitimis
successoribus hinc et a data praesenti pro festo sanctae Margarethae Virginis et Martyris in anno
millesimo sexcentesimo Quinquagesimo secundo proxime futuro parata pecunia solvere aut
circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursum ad
se ab eodem officio non recipere nec modo quovis arestare aut effidevibere sub
vadio simili aliorum centum florenorum polonicorum in defectu non solutionis praeten-
pore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo etc. Coram officio
castrensi capitaneali Branscensi in primo citationis termino peremptorio
... responsione

39000

responsione ac citati satisfactione omnibus controversijs exceptionibus allegationibus
dilationibus dilatis vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori mino-
rennitate suorum tarda extraditione mala positione inordinata scriptione
citationis et causae nec non motionibus apellationibus ac earum prosequutionibus alijsque in universum
iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos
successores uti abscribendo et abrenunciando personali sua recognitione mediante.

Actum in Curia Regia Branscen Feria secunda
post Festum Divisionis Sanctorum Apostolorum
anno Dni millesimo sexcentesimo Quinqua-
gesimo primo

Kiersnowskie Wiekka Nagorka Emissio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparentes
Nobilis Martinus Kiersnowski Iudicis Vicesgerens et vicesgerens officij praesentis
... ac Benedictus filius Stephani Kiersnowski ab una et Nobiles
... filius Matthiae Wieska Andreas olim Georgij Kiersnowski ...
... Camerarij Terrae Bielscensis ac Martinus olim Petri Wieska par-
tibus ex altera sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac
libere verbalique per expressum recognoverunt Quod ipsi sese mutuo
et invicem de omnibus protestationibus vulnerum obductionibus citationibus et cau-
sis ... iudicium et officium Regni sub tempus praesentis motionis
... ratione quarumcunque iniuriarum et praetensionum
... sive etiam ad huc non inchoatis poenis quibuslibet exinde pro-
venientibus et praetensionibus omnibus hincinde ab utrinque praetendentibus
obtentam mutuam concordiam et praestitam ex utraque parte satisfactio-
nem sufficientem quietant emittunt et liberos faciunt protestationes obductio-
nes vulnerum processusque quosvis in quolibet gradu iuris dependentes cum
omni eorum effectu ab utrinque cassant et annihilant sibi et suis suc-
cessoribus ratione praemissorum omnium perpetuum silentium imponendo.

Gawin Topczewo Demissio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens
Nobilis Matias olim Erasmi Zabrowski sanus mente et corpore existens
palam recognovit Quia Nobili Christophero filio Laurentij Gawin
et eius posteris obligationem suam terrae immobilis in bonis Topczewo
Gawiny seu Dobrzyniec sittam sibi recognoscentes per Nobilem Joannem
Trzeciakowski iasek in sex florenis polonis inscriptam cum omnimoda pote-
state eiusmodi inscriptionis sua ... parata intromissione possessione evictionibus
et omnibus ligamentis ac beneficijs iuris accepta satisfactione demittit et in ipsum
ac eius successores transfundit intromissionem illi ex nunc per ...
et Nobiles duos officiose acceptandos admittendo personali recognitione mediante

Zochij Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Vtis Benedictus Droszewski una cum Nobilibus Joanne
Tyszka et Christophero Zochowski coram officio castrensi Capitaneatus
Branscensi personaliter stans publice recognovit Quia Feria sexta
post Dominicam Conductus Paschae in anno millesimo sexcentesimo Qua-
dragesimo secundo proxime praeterita condescendendo ad bona Zochij
ibidem Nobiles Matthiam olim Joannis Tyszka et Andream Petrum
Joannem et Nicolaum filios Matthaei Strzaszek ... in aream
dictam ... eisdem Petri Nobilem Petrum olim Valentini
... Camerarij Terrae Bielscensis modo perpetuae donationis coram

actis